pagnoniana, adhibui transcripta inde in alterum bibliothecae Raffaellianae.

IV. Ex titulis servatis Maceratae in domo aliquando Floriana, deinde Compagnonia, hodie Caradori qui ibi fuerunt aetate Pompeii Compagnonii senioris, ii fere speciem prae se ferunt urbanorum. Postea qui accesserunt descripti ibi a Coluccio, unde profecti sint parum constat; pauca tamen quae de origine tradita habemus (v. n. 5538. 5549), ad oppida vicina Piceni ducunt, videnturque reliqua quoque epigrammata indidem venisse. Cavendum autem est in his a supplementis ipsis lapidibus temere adiectis.

5740 Ricinae rep. in effossionibus prope theatrum institutis; servat Tambronius.

I · VIIII · ISIS
PISONE · FLORIA
*?dia*NAE · ET · FORTV*nae?*
*pec*VNIA · SVA

Ern. Tambroni a. 1852 misit Raffaellio.

5741 tabella aenea rep. Ricinae MACCIANVS LIBER et AMAD.; iam Castrofidardi apud Cassandrum Adrianum MACCIANVS LIBER; *l' ha Rosso ottonaro in Macerata* AMAD.

L · TETTIVS
ALYPVS
IOVI · D · D

Adscripta legitur ad Maccium 2 f. 195; est item inter Amadutiana bibliothecae Savignanensis.

5742 apud Ricinam Maceretum in Piceno ad aedem Iohannis ad marmoream basim CYRIACVS (PAND. NEAP.); in Piceno apud Maceratam novam Helviae Ricinae col. CYRIACVS (MEDIC.) similiterque EXPILATORES CYRIACANORVM. Maceratae in ecclesia S. Iohannis, nunc in viridario palatii apostolici ANDROTIVS. 'Basem hanc Mercurio inscriptam ad Maceratam urbem antiquitus 'asportatam diuque in aedibus apostolicis adservatam illustris principis Octavii Caraphae Piceni 'praes. munific. eidem urbi haereditario iure petitam restituit anno dom. 1646 IV id. Septemb.' LAPIDIS SVBSCRIPTIO. *Conservata un tempo dentro S. Giovanni, riposta ultimamente dal palazzo apostolico avanti la torre di piazza* COMPAGN. Adhuc in curia. — Coloniolae in agro Veronensi SARAYNA cum adseclis errore (v. vol. V n. 428*, 1). Potentiae in Piceno LIGOR.

N V M I N I
MERCVR · SACR
urceus P · LICINIVS · patera
SATVRNINVS
P · S · F

Recognovi. Cyriacus Neap. f. 22 et apud Pandulfinium f. 81 (inde Borghini f. 119) et inter epigrammata quae misit Philelpho cod. Med. 80, 22. Pendent ex eo Marcanova Bern. n. 301; Ferrarinus Reg. f. 145; Redianus f. 158; Iucundus Ver. f. 161; Lilius f. 78; Gammarus f. 169'; Sanutus f. 132'; Peutinger cod. 526 f. 26. 42', cod. 527 f. 62'; Marulus 66; Apian. 152, 2 (inde Smetius 149, 7); item transferens Veronam Sarayna Lat. f. 51', Ital. f. 74 (inde Pighius cod. mus. f. 7; Grut. 54, 12; Panvinius Ver. p. 223; Palermus p. 50 aliique auctores Veronenses). Aliunde Androtius ad Apianum l. c.; Ligorius ms. Taur. 14; Compagnoni Reg. Pic. p. 57; Sancassanius in epistula ad Mur. 28 Oct. 1730; Lancellotti ms. f. 136 et apud Raffaellium ms.; Zaccaria cod. Vat. 9143 f. 51 ex schedis Lupii; Colucci 3, 187. 229; (Troili) *confutamento* (Maceratae 1781) p. 189; Marini ms. qui vidit.

Versuum ordinem ex antiquis retinet liber Pandulfinianus.

5743 Maceratae ex bibliotheca Mancinelli translata est in hortos Compagnonii COMP. Apud Compagnonios MVR. LANCELL. Hodie in curia.

I N I
SACR patera
I V S

Recognovi. Compagnoni *Regg. Pic.* p. 41, item cum supplementis p. 42 (inde Mur. ms. 18, 224, ed. 46, 13 a Ph. Camerinio); Lancellotti ms. f. 136 et apud Raffaellium; Colucci 3, 230; Marini ms.; Amati ms.

In ipso lapide sic suppletum est: [NVM]INI | [MERC ·] SACR | [P · LICIN]IVS | [GALLIENVS | P · S · F]. At magis crediderim id ipsum in titulo fuisse quod legitur in gemello n. 5742.

5744 originis incertae (v. p. 508). Firmi in domo Forti BARB. FABR. Ibidem adhuc, *via Cialdini* n. 20.

NYMPHIS · GEMINIS
S A C R V M
C · FVFIVS · GEMINI · L ·
POLITICVS
IDEM · AQVAM · PERDVXIT

Recognovi. Schedae Barberinae 30, 92 f. 95; Suaresius Vat. 9140 f. 306; Fabretti col. Trai. p. 248, inscr. 528, 744 ex schedis illis opinor; Raccamadori 1, 578; Olivieri cod. Pis. 446 f. 4; Raffaelli ms.; Lupi cod. Vat. 9143 f. 17 cui descripsit Lesleus; Colucci 2, 160; Fracassetti n. 1; Tarquinj *breve comento* p. 21; G. de Minicis ann. inst. 1846 p. 66; R. de Minicis *iscr.* n. 933. Henzen 5759.

C. Fufius Geminus consul fuit a. p. C. 29. Ab eo Nymphae quoque nomen traxisse videntur.

5745 Maceratae in primo plano scalae coenobii fratrum minorum S. Francisci.

CAES · AVGVSTVS

Lancellotti ms. apud Raffaellium.

5746 Ricinae rep. a. 1603 m. Maio *nella possessione di Brizio vicino a Potenza*, nunc in domo magistratuum CIVALLI; rep. a. 1604 in agro dominorum de Morentillis, nunc sub porticu gymnasii COMPAGNONI. Hodie in curia.

DIVOS · TRAIANVS
AVGVSTVS
CONCESSA · TVSCILI
NOMINATI · HEREDIT
REI · PVBL · RICINENS
BALNEVM ~~ET PLATIAS~~
~~REP~~ MANDAVIT

Recognovi. Civalli *visite triennale* apud Coluccium 25, 57; Iohannes Baptista Perusinus in commentario dato Setiae XVI k. Febr. a. 1604 ad Volumnium Picutium reip. Maceratensi a secretis, quod repperi inter Guarnieriana descriptum ex codice bibliothecae Alexandrinae Ottobonianae, ubi dicitur legi post inscriptionum Auximatium syllogen saec. XVI egregie pictam; Sirmondus cod. Paris. Lat. 1417, 30 et ad Sidonii Apollinaris (1614) carm. 2, 210 (inde Reinesius 2, 7); Macci 2 f. 1; Scaramuccia Ricinia (1638) p. 12; Compagnoni *Regg. Pic.* p. 45; cod. Barb. 30, 92 f. 120; Mur. ms. 18, 224, ed. 450, 2 a Ph. Camerinio; Lancellotti ms. f. 135 et apud Raffaellium; F. M. Raffaelli apud Calogerà 32, 21; Colucci 3, 184; Marini ms. qui vidit.

7 REP Sirm. (ms.), unde apparet eum titulum vidisse seiuncto fragmento inferiore; quod tamen et ipsum antiquum esse ne dubitaveris. Certe mihi recens adiectum esse suspicanti titulus denuo examinatus omnem dubitationem exemit.

Tuscilii Nominati causarum patroni meminit Plinius ep. 5, 4. 13.